Semper in omni citationis termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere Vadium vel Vadia placita luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur Seq. ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens eundem terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde consequentes curia eidem termines semper peremptories vera infirmitate provi maiori minorennitate Successionis Cessatione intra vel extra Regnum servitio militari ad muniments ad Evictorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietatio nem praeterea vera praemisse officii praesentis Castren Capitan Premisliensis terminis dilatione sibi non recipiendo nullasque motiones Appellationes ac earum prosequtiones faciendo ac praemissa omnia pariis simplicibus vel implicatis cuasionibus suspensionibus fatalijs Juris processione Terrestri bello Conventioneque ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Itaque fiat praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia meatve.

Inter eosdem mutua quietatio. 249

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premisliensis Magnificus Martinus Constantinus a Sieciechów in Krasiczyn Krasicki Pocillator Terrae Premisliensis ab una et Nobilis Stanislaus Sodlewski parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Premisliensis Jurisdictioni quo ad actum modernum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibusque totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam liberae

publicae

1050

publice ac perexpresse recognoscunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem supranominati Godlewski suo et Elisabetha Janska consortis suae, pro cuius ratihabitione cavet ac se ... inscribit nomine, suos ac suos successores mutuo et invicem de interciza certa inter se recognoscendi et ... Nobilem Godlewska consortem unius recognoscendi de Acta et data illius hic Premisliae die decima quarta Martii Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Sexto ratione certarum rerum et conditionum in eadem interciza contentarum confecta, conscripta manu supranominati Magnifici Pocillatoris Terrae Premisliensis subscripta et Actis officii ... seu alijs quibusuis authenticis Regni roborata eiusque inscriptione roboratoria tum et de membrana ... seu scripto manuali per eundem Magnificum Krasicki Pocillatorem Premisliensem ... recognoscentes ... consorti suae super summam trecentorum florenorum polonicalium dato de Actu illius die duodecima Augusti Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octavo conscripto et manu eiusdem Magnifici Pocillatoris Premisliensis propria subscripto Actisque ... seu alijs quibusuis authenticis Regni roborato quietant emittunt dimittunt liberosque et absolutos perpetuo faciunt et pronunciant. Intercisam ... atque scriptum manuale eorumque inscriptiones roboratorias in toto et per omnia cassant mortificant et annihilant sibi suisque posteris ratione promissionis perpetuum impenendo silentium.

Goreczkowski Bilinski ...

CCCII. Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus